



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 2. Quale peccatum est Odium Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

struat: sunt tamen, quæ illi specialiter opponuntur, & directè pugnant contra ejus actus. Qualia sunt odium, acedia, invidia, discordia, contentio, schisma, rixa, seditio, bellum, scandalum: quæ sunt mortalia ex genere suo, cum directè, ac specialiter opponantur Charitati, & excludant à Regno Dei. ad Gal. 5.

§. I.

*De Odio Dei, & proximi.*Q. 1. *Quid est odium?*

R. I. Odium est averfio objecti. Duplex est, unum inimicitia, quo alicui personæ ex ejus displicentia volumus malum, quatenus ejus malum est; alterum abominationis, quo rem, vel personam averfamur ut malam præcisè, vel ut malam nobis, aut aliis.

Q. 2. *Quale peccatum est odium Dei?*

Resp. Omne odium inimicitia erga Deum est peccatum omnium gravissimum: quia per se immediatè, directè, & formaliter avertit à Deo, & opponitur directè actui Charitatis Dei, qui est actus omnium præstantissimus, & ejus habitui. Nam ex Aristot. illud est pessimum, quod optimo est contrarium. Item omne odium abo-

Gg 2

mina-

minationis erga Deum est intrinsecè malum, & mortale: quia est graviter injuriosum Deo, quasi in eum cadere possit aliqua malitia, vel defectus, seu ratio, ob quam aversione dignus sit, cùm tamen Deus sit essentialiter in omni ratione infinitè bonus, & perfectus.

Hinc gravissimum scelus est optare, ut Deus non sit, ut careat aliqua perfectione, v. g. scientiâ, justitiâ, omnipotentiâ, &c. aut de illâ dolere. Item gaudere de offensa Dei ut tali, &c.

Q. 3. Quale peccatum est Odium proximi?

Resp. Odium inimicitiae erga proximum est peccatum mortale ex genere suo; nam directè opponitur Charitati proximi, & graviter prohibetur præcepto diligendi proximum, ex 1. Joan. 3. *Qui non diligit, manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso manentem.* Potest tamen esse veniale ex levitate materiae, ut si ex levi displicentia personae leve malum optetur. Aliud est de odio Dei, quod semper est mortale, nec admittit levitatem materiae, cùm vel levissimum malum Deo optare sit Deo graviter injuriosum; quasi in eo reperiat aliquam rationem aversionis.

Odi-